

vjs

1471

Est x².

Quicquid Facis Respice
Finem.

Joanes Jacobo Olthafen.
P.N. von Schönbach.

Breviorum

MATTHÆI ZU-
BERI, NEUBURGENSIS AD DA-
nubium Palatini, Poëtæ Laureati, legiti-
mè promoti,

FETUS NONUS.

M. CHRISTIANUS SEUMIUS, SAN-
GERSHUSANUS, IN MAIORI GLOBO
Archiepiscopatus Magdeburgici Pastor,
ad Zuberum.

Exul es. Exilium suffers, ZUBERE, libenter.

Non tamen hóc almam vis titubare fidem.

Posse sibi panem de quadrâ sumere, dulce est,

Nimirum propriâ: velle aliunde, grave.

Lance Pater Cæli qui prospicit omnibus æquâ,

Constanti Adversis auxiliator erit.

Tu, quantum video, perquiris ubiq; Patronos.

Quis neget à tali, quaso, Cliente coli?



NORIMBERGÆ

Typis SIMONIS HALBMAYERI,

ANNO M. DC. XX. Mense Novembri.



Nobilissimo, Clarissimo & Consultissimo Viro,

DN. LAURENTIO KÆSTELIO, J. U. D.
EXCELLENTISSIMO, INCLYTÆ NORIN-
berg. Reipublicæ Confiliario & Advocato
Prudentissimo:

DOMINO ET PATRONO SUO GRATIOSIS-
simo summeq; honorando.

KÆSTELI, BREVIORA meos inscribo libellos.
Omnibus haud æquè nomina Graia placent.
Confultoq; illos in certos divido fetûs,
Ut possint dominum singuli habere suum.
Quodq; exiverunt olim vitiosius HALÆ:
Nunc crassa ad sensum corrigo menda bonum.
Quòd quasi susceptor fetu delectus ab hœc es:
Ornandus quâ sit, scis, ratione tibi.
Nec dubito, vultu quin hunc digneris amico:
Num prius audivi de bonitate tuâ.
Quæne, KÆSTELI CLARISSIME, desinat in me:
Obsecro per Musas, nomina blanda, sacras.
Sic ærumna tibi contingat nulla, sed omnes
Conatus Superûm dirigat Aula tuos!

MATTHÆ. Zuber/
P. L. hodie Exul.

NORIMBERGA

Typis SIMONIS HALBERGERI

Anno MDC. XXX. Mensis Novembris

AD MARPURGENSES, SUB AD-
VENTUM ILLUSTRISS. PRINCIPIS
MAURICII, Landgravii Hassiæ, &c. quum ibi
homagium ipsi præstaretur.



ESTER ADEST DOMINUS. *plenis
occurrite portis.*

Pæana unanimi pangite voce novum.

VESTER ADEST DOMINUS. *luctum, Respublica
Squallidum, & ambrosia letitiâ unge Caput.* (pone

VESTER ADEST DOMINUS. *reserate o pectora
Pura. locò purò vult habitare deus.* (Cives

MAURICIUM dico. *dixi omnia nomine solum
Hoc nomen magni Principis instar habet.*

Sat Deus hoc vobis concessio Principe fecit.

Reddite vos contra PRINCIPIS, & æqua DEO.

JOANNI HOENSTENIO, J. U. D. POETÆ
Laureato, & Brandeburgico apud Onoldinos
Consilario.

Gloria versifices; gignit Natura Poëtas:

Flora malis tribuitserta, Minerva bonis.

Nec datur ob geminos Lauri sacra servia versus.

In victo Daphne parta labore venit.

Vulgo sordescat numerosi vena Poëta:

Et quod repit humi, grande putetur epos:

A 2

Ma.

*Magnus, HOENSTENI, tua Carmina censet Apollo:
Nec minus hæc Francus tota Melissa amat.
Iugiter-hinc-viridi fulgent tibi tempora lauro:
Et tuate vatem Francia clara colit.*

CASPARO CUNRADO, MED. D. POETÆ
L. & Rectori apud Wratislav. Elisabethano.

*Tecum ut pranderem, qui me, CUNRADE, vocasti:
Quam cuperem toties iussus adesse tibi?
Non venio. quare? prandet TILESIA tecum.
Rideret, si me rectius inspiceret.
Ingenii possim quoq; perdere, corporis amplum
Ornatu quoniam me spoliavit iter.
Non bene conveniunt, nec amore morantur in uno
Splendida vestitu virgo, Poëta lacer.*

MARCOWILLIO, de Ucalegonte.

*Blesulus Ucalegon fertur mihi, MARCE, minari.
Quid tenuis vasto musca nocebit equo?*

PRISCÆ, VIRGINI Lavinganæ.

*Dives es, & casta es. cur est tibi nullus amator?
Prodere quod nomen, PRISCA, videtur anum.*

IN QUIRQUILLUM.

*Nil sanas, & vis Medicus, QUIRQUILLE, videri.
Si, sicut sanas, mæcha fit uxor, amas.*

AD CINGARUM.

*CINGARE, Gittanum quem Gallia nominat, ignem
Nutrio. de cuius corde venire putas?*

IN

IN QUECQUACEM.

*Qui steriles dominas, nimios qui cogimur imbres,
Et qui Natura cetera ferre mala:
Cur vitium non ferre meū potes, aride QUECQUAX?
At scio. grandævus non potes. inde doles.*

JOANNIS LAUTERBACHII, Poëtæ Nobilis
& Coronati, Tumulus.

*Te, LAUTERBACHI, Phæbus, non Parca necabat.
Ne superaretur carmine, caussa fuit.*

INGLYPTUM, μετιδουπον.

*Ad cœnam invitatus. aliò hâc sum nocte vocatus.
Cras me, si res est seria, GLYPTE, voca.*

IN CUIUSDAM DOMUM INCENDIO
collapsam, hodie instauratam, μετεια.

*Hec conflagravit rapidis domus ignibus antè.
Altera casura caussa Lyeus erit.*

IN SARTOREM, Italo-Francum.

*Quæ Nova? SARTOR, ais. Nova nulla domi audio
Tu qui discurre, quæ Nova, in urbe tenes? (solus.*

DE QUODAM, Βοσθῦρη.

*Quidam sacrificat bovem Minervæ.
Quem quum fortè pediculus sub alâ
Morderet: capit & necat præhensum,
Adiuratq; deos, aitq;: belle!
Nec sacra insidianti asylon ara est.*

DE CORVINO.

Rura, domum, vestes, argentea vascula, gemmas
Vendit CORVINUS, cum quibus emptor abit.
Utilior gnata merx est, quae vendita nullum
Emptorem, ditat vendita saepe patrem.

SIMONISIMONIO, MEDICO PRAGENSI,
Jocus è lib. 3. Platonis de Repub. adscriptus.

Mentiri Medicis licere solis,
Et nullis aliis, SIMO SIMONI,
Affirmat Plato. id optimè è Sopho isto
Observas: nihil ex tuo Galeno
Aut Hippocrate tam bene atq; longè
Attendis. puduit, puto, hos fateri,
Quod te non pudet approbare factis.
Si mentem tamen exprimam Platonis:
Hæc mentitio veritate præstet.

INCOPPOSTOMUM, sive CNODOSTUM,
τῶ κακῶν ἰατρικῶν famosum.

Sum, fateor, semperq; fui, COPPOSTOME, pauper,
Sed non obscurum dat mihi Fama locum.
Urbe legor varia. ZUBERUS, dicitur, HIC EST.
Vix tua de te seit Moroplatæa loqui.
Hoc ego tuq; sumus. sed & hoc discriminis audi.
Quod sum, non fies: tu quod es, esse pudet.

CUJONI, Medico.

Cur, si vel possis, non vis relevare podagram?
Pænalem morbum non ego curo; refers.

Atque

*At qui pœnales quum sint pleriq. quid istos
Sanas, hunc unum tollere, CUIO, negas?*

IN NIGELLIUM, *κορυδα*, ad novitium
Poëtificem.

*Diceris etatis veniam dare posse, NIGELLI,
Ipsâ Naturâ major es hoc opere.
Te, si resciscant Embdenses forte, vocabunt,
Ut facias vaccas ocyus è vitulis.*

JOACHIMO HOEFERO, Ulmenfi.

*Si credis, JOACHIME, quod mereris,
Natales veneror tuos Decembres,
Septembres ut amo meas Kalendas.
Felix utraq. lux, diesq. digna
Signatu pretiosiore gemmâ.
Hec vitam tribuit, sed illa amicum.
Meis plus mihi dant tuæ Kalendæ.*

IN RUFFINUM, Patriæ suæ Vacerram.

*Distillator es, & calumniator:
Morbicurio es, & negociator:
Vendis pharmaca saccharumq. vulgo:
Atramenta paras, parasq. pennas:
Et causas agis in foro advocatus:
Et ruptas caligas domi resarcis:
Et mendacia ponderosa garris:
Quei, RUFFINE, tamen cares monetâ?*

IN

IN OLAFFUM, Diaboli, Calumniatorum
Principis, Emissarium.

*Musicus in caligas Philadelphus, OLAFFE, cacavit:
Et tu praekonem stercoris eius agis.*

*Musicus invite peccavit, & ebrius. at tu
Sobrius, & studio crimen, OLAFFE, patras.*

*Ille suas lavit caligas: tu pectora purges,
Quæ non hircum, animam sed nebulonis olent.*

DESTURNO EINSIDELIANO, & versibus
Hellerianis, eig. v. m. g. v.

Unde fit, ut reliquas dulci modulamine Sturnus,

HELLERI celebris nomine, vincat aves?

HELLERI versus caveâ detentus adedit.

Hinc, puto, dulcedo hæc articulata venit.

IN LYROLESCHUM.

Nec cheragrâ, nec tu podagrâ, LYROLESCHÉ, labo-

Præservativis doctus utramq, fugas. (ras.

Verum glossagrâ, vitio peiore, teneris.

Oillas malis, hanc, LYROLESCHÉ, fuges!

Tinos.

Nr. 145 Ausgang: 27.9.63.

I. Schäden: *h/zt*

II. Behandlung: 37/58

III. Besonderheiten:

mit Blausäure

7. II, 3.

